visitatione primatis tenerent soluere ꝓcuratiõem. j. de ꝓscrip. cuz ex officio. bitur. aũt ꝓp cõpositionẽ tenent soluere ꝓcurationes. sz quare requirũt capl̃z biturcen. Rñ. qz si i magnis negotijs sunt requirendi. j. de his que fi. a pre. c. nouit. z. c. q̃sto. item oppones quare non omnes singulariter requirunt quos res tangit. lxvi. di. c. i. C. de ac. l. fi. Rñ. sufficit in rebus z negotijs vniuersitatũ requiri rectores vl̃ idoneorẽ partem. C. de iur. ca. l. ij. §. si autem. vl̃ dignitas etiam. ff. de con. z de. municip. in rebus aũt singularium sunt vocandi. s̃. de ꝓstit. cuz omnes. ff. de fuit. ur. pre. per fundum. z h̃ est etiam ratõ quare sufficit vocari presentes z non est necesse vocari absentes. nam alias contra eos nõ licet procedi nisi spãliter uocarentur. s. si ꝓtra eos singulariter z nõ nomine uniuersitatis ageretur. requiritis. no. non solum episcopos sed alios prelatos z saltem caput fore requirendos in arduis negotijs ꝓ uintie q̃uis canones antiqui dñt tm̃ de episcopis. ix. q. iij. c. i. z. ij per totuz. j. de preben. graue. vbi no. z no. q̃ super prouisione requirit eos dñs papa. qñ enim aliquis aliquid facit ex officio suo etiam si in modũ actionis officiũ intentet. z maxime in cõpositione requiri debẽt omnes quos res tangit. ff de adopt. nam ita. ff. de mino. in cãe. §. cã. sed si nõ uocet nõ minus tenet q̃ factum est. sed absentibus non ꝓiudicat. ff. de mino. etiam si. §. vlti. alij tamen dñt ar. eiusdẽ. l. qõ non tenet q̃ factũ est. z põt dici non tenere sñiaz latã nisi per edictũ solẽniter euocentur. ff. que sñie sine ap. l. i. §. item cum ex. sed bñ tenet etiam si non uocent singulariter. sed non preiudicat his qui non audierunt edictũ uel al̃ non sint in culpa. j. qui mat. ac. pos. cum in tua. ubi autez non imploratur officium iudi. sed actionẽ propriam hẽt contra reum non tenetur iudex alium uocare nisi in libello fieret de alio mentio z tali modo q̃ ipsum absentem uel ratione proprietatis uel pos. uel alio modo constaret cãm cõtradictions habere. ut. s̃. e. inter. sed reus põt nominare dñm in iudicio. C. ubi in rem act. l. ij. j. ut lit. non conte. qm̃ fre. item ipse cuius interest põt aliquando prohibere actorem z reũ litigare. s. quando primo loco ad euz ꝓtinet defensio. ff. de re iudi. sepe. sed si nominet in iudicio nec ipse se offerat iudex non tenetur vocare eum cuius interest. qz in predicto casu. s. qñ sciuit z potuit ꝓuidere preiudicat ei pp culpaz suam uel negligentiam suam ut in predicta. l. z. j. d̃ re iudi. q̃uis. ubi no. si aũt nesciuit sibi nõ preiudicat. sed ille q se obtulit liti cuz non deberet. uel cuz non posset tenetur ad extimationem. ff. de rei ve. si is qui. §. si autem z duabus l. precedentibus. uoluerint. assignata iusta causa al̃ nõ differt q̃ a maiori uel saniori parte fit. j. de his que fiunt a mai. p. c. cuz in cũctis. uel dic q̃ isti prelati nõ cõueniebant nec ꝓsentiebant ut caplm uel uniuersitas licet quo ad aliqua negotia vniuersitatis sint. si enim vt uniuersitas cõsentirent sil̃ conuenirent z sil̃ tractatum haberẽt z inde est. s. q̃ hunc cõsensuz nõ prestant ut uniuersitas q̃ cuiuslibet conditio admittenda est etiam sine causa. sed postea coram papa expriment z probabunt ideo ẽt singulariter singulorum requiritur consẽsus qz h̃ negotium non necessitatis sed uoluntatis cãtum est. su persedentes. no. ex transuerso uenientez retardare prouisionem pape sicut retardat ad executionem sñie. j. de re iudi. cuz sup cõtrouersi. z est h̃ qz ius suũ prosequitur. uel aliam iustã causam proponebat. z no. q̃ hi uenientes ex transuerso sp remittendi sunt ad iudicem qui cognoscit iter alios. ff. de liber. cã. si pariẽ. z hoc intelligo verũ qñ lis cepta pro parte tangebat de nouo uenientes z interim priorum cognitio differtur secus aũt dicendum est. si erat alius archiep̃s qui eadez iura primitie peteret. qz tunc non esset remittendus ad eundẽ. ius i. q̃ ipsi non coguntur p̃stare hmõi procurationes de qb⁹ p̃ stãdis in ꝓpositõe dicebãt ẽt alia q̃ in ipsa ꝓpositiõe ꝓtinebãtur. in expensis. ex quo eniz archiepiscopi conuenerãt contradictores presumentur temere contradicere. z ideo cõdemnãtur in expen. ar. ff. de iudi. cũ qui. secus si probabiliter ꝓdi ceret. ff. de le. ij. qui solidũ. §. etiam.

De treuga et pace. Rubrica.

Treuga. Hec treuga canonica cõuentionalis sp seruanda est. xxij. q. i. noli. ff. de pactis. conuentionũ. z intellige hoc de iusto bello q̃ lz omni tempore licite possit fieri tñ his temporibus est cessandũ nisi urgeat necessitas. xxiij. q. ul. si nulla. vel loquitur de bello iniusto a quo licet sit sp abstinendũ. qz tamẽ de facto non semper possunt ꝓhiberi tamen his diebus fortius instabũt prelati ꝓ treugis nec peccant hodie prelati qui non seruant istaz ꝓstit. qz non fuit moribus utentiũ approbata. iiij. di. §. leges. põt etiam dici hic loqui qñ est dubium an sit iustum vel iniustum bellũ. xxiij. q. iij. illi qui. confirmet. i. publice denũtiet. s̃. de offi. le. studuisti ubi de hoc no. triplex. primus est ꝓprij epi excõio. secũd⁹ episcoporũ uicinorz cõfirmatio. tertius auxilij eorũdem adiectio. rumpit. ff. de suc. auten. itaqz. ff. de liber. le. l. iij. in fine. p̃ beant. xc. di. c. penl̃. z ult.

Nouamus vt presbyteri. xxiij. q. iij. si qs rom̃ipetas. existentes. in agricultura enim tantum existentes gaudent priuil̃. C. quibus non ob. lo. t. pre. l. vl̃ aliam aũt sp ar. C. que res pig. pignorum.

De pactis. Rubrica.

Antigonus episcopus conuentus. coram ecclesiastico iudice ille qui pacto non seruat. cohibuerit. i. nisi pacta seruet excõmunicabit. pacta. legitima. xx. q. i. puelle. xvij. q. ij. eleutheri⁹. ff. de pact. inr̃ gen. §. ait pretor.

Vot in ꝙtionibus ecclesijs. z loquitur de ecclesijs exẽptis uel etiã de alijs si qui ordinarij denegãt p̃bẽ assensũ. solidare. i. confirmare. z intellige hoc de confirmatione que fit cum cause cognitione. j. de confir. vti. c. i. z. ij. al̃ nec dubitatiue auferret nec ius tribuet. j. de cõfir. vti cũ dilec. z no. s̃. de offi. dele. studuisti.

Aliter fit z. j.

Um pridem pro causis. isti enim fratres agebant cõtra monasterium z petebant restitutionem cuiusdam eccl̃ie. qz sp se per ipsos monachos spoliatos dicebant. eos. monachos. liti. hoc nõ fuit licitũ. s. renuntiare iura q̃ hẽant in eccl̃ia ꝓ pecunia. prauam. j. de transl. statuimus. s̃. so. hic erat suspitio turpis peccati ibi no. q̃ semp presumitur. nisi per aliam presumptionem tollatur. prauam j. de preben. nisi s̃. so. ibi dr̃ licituz iussione iudi. sine ullo pacto aliquid dare. hic autem illicitum ex pacto. caueant tamen qz nec h̃ ipsum ut i intentiõe gerere debet. j. de simo. tua nos. facte. C. de procur. mandato. C. de transact. in transactioni. renuntians. pure z sine pacto. resignauit. z sic ius resignasse uidetur q̃ in illis instr̃is habebat. ff. de pactis. l. labeo. z no. s̃. de renun. veniẽs. sed quomodo ꝓdest h̃ resignatio nisi personis inter quas perfecta est. ff. de pactis si vnus. §. pacta. Rñ. quia publica persona est papa. ff. rem pupi. sal. fo. l. ij. i fi. z. l. ñ quasi z quia singulariter z vniuersaliter sup oẽs eccl̃ias habet plenitudinem põtatis. ij. q. vj. decetero mlto fortius alij prelati singulis eccl̃ijs acquirere poterit ar. C. de trãs. p̃sens. z. ff. q̃ cuiusq̃ vniuer. l. fi. uel cũ negociũ h̃ fit in ratihabitione monasterij de act. ratam h̃ndo receptionem instrumẽtorum sibi prodest. ff. de. nego. gest. si pu. §. sed si ego z. §. itez quare dumodo noie monasterij sit gestum. al̃ non ꝓdesset ff. de preto. sti. si seruus. z h̃ uera sunt nisi renuntiaucrit litte-

ris. sed renuntiatio litis pōt fieri etiā parte absente. C. de pac. postq̄ ꝛ fit hoc in odium litis sic ꝛ hic. restituí. s̄. de elec. cuz iter. r. j. so. ibi. restitui rigore iuris inspecto nō videtur q̄ dz restitui ad interdictū cū ei renuntiauerit. ff. de pactis sumus. §. pac. ꝛ ideo dicimus loqui de gr̄a. vnde si al' esset institutus nō remoueret. vij. q. i. p̄sentium.

Lcepimus nominati. C. de pact. l. ulti. s̄. de fil. pl̄s. ad extirpādā. ꝓquestum. ꝛ ianes. ipo iure.

Um clerici. ex ipsis eccl̄sijs eccl̄ie sunt obligate pro pensionibus. ff. de iudic. fideico. §. fi. ff. de usu.

hactinus j̄. ff. de contraben. empt. l. fi. §. fi. sed ibi interuenit tm̄ personalis obligatio ꝛ non fuerunt res obligate. detestabile. j̄. de censi. prohibemus. j̄. de preben. auaritie immo sacrametum super hoc prestitum non tenet. j̄. de censi. grauis

Leriqz sicut accepimus reprobamus. hoc ē non seruandum decernimus. q̄ contra canones. xvi. q. i. si quis laicus ꝛ. c. decimas. ꝛ. c. questi. ꝛ ideo si pena pacto adiungat. nec pactū tenet. nec pena nec iusiur. sup hoc prestitū. ff. de pact. l. iur̄ gen. §. ul. ꝛ. l. se. ff. de v̄. o. si stipulet. ꝛ. l. si stipul. hoc modo si uero pactū est preter legem pactū non ualet ꝛ pena valet. ff. de v̄. o. stipulatio ista. §. alteri. si vo pactum est secundū leges ꝛ pactū tenet ꝛ pena. ita tamē q̄ alterum tantum petat q̄ velit. ff. de pactis rescriptuz. §. si pacto C. de pactis. si pacto.

Actiones facte spiritualibus. siue beneficijs ꝺ quibus no. s̄. de elec. significasti siue quibuscunqz aljs nisi forte spirituale ueniret in pactū ꝓmutatōis j̄. de re. permu. ad questiōes. omnis. i. q. ij. q̄ pio. de aljs. conuentionibus. uergunt. j̄. de iureiu. si vo. turpe. i. turpe. factuz. s. dolo ul' simoniace. turpe. ff. de pact. iur̄. §. dolo. C. de inutil. stip̄. dolo. uel rei turpis. s. de faciendo homicidio ul' cōsili. iure. ff. de pact. iur̄. §. pretor. q̄ cōsanguineā duceret i vxorez. de facto. ff. de regu. iur. impossibiliū ut q̄ celū pedibus corporeis ascendet.

De transactionibus.

Jcut graue. ꝛ. j̄. de trās. trāsactō specialis non obest aljs spēbus. C. de transact. age. transactio general' restringitur ad ea ꝺ quibus tractatum est. ff. e. qui contu. §. i. generalis transactio nō rescinditur prete xtu noue probatiōis. C. e. sub pretextu. spālis trāsactio i vno casu non ꝓpedit agi in alio. C. e. l. penul. generalis trāsactō tenet de rigore iuris in oībus. c. ꝛ parit exceptē. sed replicatione doli rescindit. ff. de admi. tu. lutius. §. tutor. indefinita uel spālis i aljs nō obest nisi in his de quibus actū est. C. de iudic. licet. melius dr̄ ubi gnālis ē petitio ꝛ gnāl' transactio obstat exceptio i oīb'. C. de pact. sub pretextu. ff. e. non est. nisi reus fraudulenter occultauerit spēm in qua deceptus ē actor ff. de pact. tres. vbi generalis est petitio ꝛ specialis transactio obstat exceptio i ea specie tm̄. idē ē si spālis ē petitō ul' general' q̄tū ad vba trāsac. C. e. si decreta ꝛ. l. age. ff. e. cū acquil. ꝛ. l. q cū tu. §. ult. C. ad uell. l. iubemus. si aūt utrunqz speciale multo magis idem. ff. de pactis si vnus. §. pacta. decisione. i his oībus si superuenerit transactio cessant ꝺ auxilia contra eū cum quo interuenit transactio ꝛ super eo de quo transactum est nisi dolo fecisset transactionē. ff. de pactis tres fratres. contra alios enīz nō sunt irrita instrumēta. ꝛ intelligo hec va vbi utraq̄ ꝓfecta est cōpositio al' vtetur instrumentis. q̄ fidē nō ser. ꝛc̄. C. de pactis cuz proponas. item hoc habet locum ubi non ꝓhibentur transactio. decisionē. i. transactionem. p̄scriptionez. i. quia p̄scripsisset. j̄. de prescript. per to. de lege. falcidia que instituto uel heredi siue eccl̄sie siue alij tribuit falcidiā i bonis testatoris. ff. ꝺ. l. fal. l. i. i p̄. ꝛ i multis legibz idē l. q̄ est. C. de donat. si quis ꝛ in multis aljs. p̄uilio. q̄ erat vxor que habebat p̄iuil. in bonis mariti. C. q̄ po. in pi. ba. assiduis. uel fiscus i ceteros creditores. ꝛ eccl̄ia habet priuilegium q̄ tm̄ certis modis admittitur eccl̄iastice rei alienatio x. q. ij. h̄ ius. cui transactioni. firmitatis. quo ad solēnitatē C. de testa. oīum. imo ꝛ quo ad substātiā. nā ꝛ si ex certa conscīa papa aliquid approbet necdum q̄ confirmet. sed solum modo suo priuilegio inserat qꝺ de iure non valet firmū erit sicut statutū laicorum super eccl̄esijs valet ꝛ pro confirmato habetur. si papa illud in suis litteris approbet. ar. ff. de pig. fideiussor. §. vl. auctoritate. que imposita fuit cuz cāe cognitione. j̄. de confir. vtili. c. i. ꝛ. ii. alij contra. j̄. de cōcess. pre. nō ua. post electionem.

Tatuimus archiepiscopi. sine consēsu autē eorum nō est licitum inferioribus clericis alienare res īmobiles uel reddit̄ ānuos. i auct. de aliena. ꝛ em phy. in p̄in. xvij. q. iiij. in uenditionibus. compositio. gdā dñt q̄ in spūalibus pōt interuenire compositio. sed transactō nunq̄. j̄. e. super eo. nos dicimus licitam esse transact. ꝛ per mutationez in spiritualib' dūmō ex utraq̄ parte tm̄ spiritual' ꝛ nihil temporale interueniat ut ꝺ ꝛ j̄. e. ꝺcetero. j̄. de decimis ex multiplici. ꝛ. c. suggestū. j̄. de re. per. ad questiones. ꝛ ꝺ idez dicimus in beneficijs si petant iure ꝓprietatis. puta q̄ una eccl̄ia petat ab alia prebendā quā dicit ad suam collationem ptinere. sed si aliquis clericus petat būficium nō est licita trāsactio etiā si utrinqz detur spūale. j̄. e. cōstitutus. nisi fz modū qui ponit. j̄. de prebē. nisi esset. ꝓpositio aūt interuenire potest j̄. e. super eo talis. s. q̄ ille clericus qui ius non habet ul' habere creditur penitus renuntiet iuri suo sine aliqua datione. ul' q̄ alius ius hns recipiatur in canonicū sine datione. j̄. e. sup eo. siue aūt interueniat cōpositio siue prouisio in cāu concessō p quā clericus actor aliquid debeat habere in eccl̄ia. s. redditum uel censum nō trāscendit personā paciscentis. j̄. e. sup ꝛ. c. veniens. ꝛ. c. decetero. j̄. de prebē. nisi essent. sin aūt ex pactione ius aliquod tribuerent illi qui petit beneficiū in eccl̄ia hoc non possunt etiam tempore vite sue. i. illoz qui eum recipiant in canonicum uel aliud ius uel officiuz q̄ ex pactione non possunt tribuere ius cuius collationē nō hñt. nā in trāsactione uoluntaria. sicut in compositione necessarius ē consensus omniū illoz quos res tangit. s̄. de maio. ꝛ obe. c. fi. p̄ dicta autez sē va nisi forte illi qui receperunt aliquē in canonicuz ex compositione haberēt ius eligendi. nam tunc bñ posset successoribus preiudicare. in censu aūt uel reddit̄u assignato cuilibet clerico vel etiaz in quacūq̄ alia cōpositiōe uel trāsactione inter eccl̄esias initas ex̄ iudiciū maxime ad hoc ut p̄ iudicet successorib' opz superioris auctoritatem interuenire vt hic. ꝛ. s̄. de offi. iudic. ad hoc. j̄. e. ueniens. ꝛ. c. super eo. xij q. ij abbatibus. xvii. q. vlt. in vēditōibus. item ad hoc vt sine peccato teneat opz q̄ credat se iustam cām habere. alias sine peccato nō tenebit. j̄. de instit. c. iij. i. q. i. si quis neque immo fm. l. quantum ad dolosum actorem non tenet talis transactio. ff. de con. inde. in summa in prin. sed si ex parte rei interueniat calumnia tenet trāsactio. sed datur actio de dolo si dolo induxit actorem ad transigendū. C. de transac. sub pretextu. promissio aūt de beneficio cum se facultas obtulerit licita est. j̄. de con. prebē. accedens. compositio. distributiue lege ut qui subsunt episcopis eorum consensu vendant uel cōponant. ꝛ qui subsunt archiepiscopis uendant eorū consensu ꝛ est aliqua cause cognitio ꝛ decretum necessariū in alienatōne hac. xii. q. ii. abbatibus. ꝛ. c. si qua ꝛ. c. se. abbates etiā cuz cōsensu prelatorum suorum alienare debent. xvii. q. iiii. in vēditionibus. epi autē si uolunt alienare debent hēre consensū sui capituli si habēt capitulū. ꝛ si non hñt sui presbri. xii. q. ii. placuit. ꝛ olim etiā necessaria erat auctoritas cōcilii prouintialis uel triū epoꝝ qui deputabant epo ab archiepo. x. q.

ū. caſellas. ſed ſi p̄ō cōmittere multo fortius officio eius p̄ō
t ſufficit eius auctoritas archidi. uel abbatum uel aliorum
minorum iudicū auctoritas nō ſufficit in alienatione eccl'ia⁹
ſue iuriſdi. cū capla predicta. ſ. abbatibus t ſequentibus. hoc
tm̄ epiſcopis concedere uideantur. de abbatibus aūt que ha
bent eccl'ias ad ſe pertinentes pleno iure. ab aliquibus dicāt
q̄ poſſunt in eis preſtare auc̄tatem archiep̄i. aucte patriarcha
rum uel pape hoc faciet.

Ontingit t interdum habuerit. al' non ualet
tranſactio iur̄. j. de re. ec. non nulli ſecus in iudicio
ff. q̄ cuiuſq⁹ uni. l. ult. t no. s. ō reſcrip. edoceri. ha
buerit. no. q̄ licet abbas ſiue prior ſiue capitulum poſſit a⁄
gere de rebus cōiter pertinentibus ad eum t ad capl'm ſine
eo non p̄ō tranſigere. aliquod. maxime. nam idem eſſet ſi
ſeruata non eſſet uel ſi. iiij. an. ſtetit q̄ non petijt reſtitutone⁹
in integrum ulterius competere non poterit. ſed ante legem
cōpetere bene poterat ſi leſa cēt eccl'ia etiā ſi conceſſiſſet.

Eniens ad apo. excolunt. p̄ colonos. **neceſſa
ria.** i. q. i. §. ſi ergo. **ſacramenta.** prediales eni⁹ de
cime non ratione ſacramentoru⁹. ſed territorij dan
tur. xvi. q. i. decimas. t. c. ſi quis laicus. t ideo ſupficialis cā
videtur iſta. ſed ſuſtinens cā erat. q̄ predia erant in eius per
rochia ſita. ſacerdotē. q̄ ſine auctoritate ep̄i tranſigendi ex̄
iudicium poteſtatem non habet ultra tempus uite ſue uel ali
cui ius tribuere in eccleſia. ſicut nec alienādi. xvii. q. iiii. in vē⁄
ditionibus. j. de cenſi. ſignificauit. s. e. decetero t repete que
diximus. s̄. e. decetero. **tertiam.** tantum quaſi diceret. de ali
is ſuis terris nihil ſoluant. **confirmatum.** cum cauſe cogni
tione t non in cōi forma que nihil iuris addit t prerogatiua⁹
de temporali in ppetuam. hec certa ſcientia. ſ. q̄ auctoritas
principis ſiue legis ex nudo pacto dat actionem. ff. de pac̄.
legitimū t que confirmantur datur. ff. de uer. ſig. obuenire cēt
princeps duas res deducit in vna⁹ naturā. C. cōmuni. de le.
l. iii. §. i. de. conſe. diſt. ii. reuera. C. de rei uxo. act̄. l. i. in prin.
confirmatum. xvi. q. i. c. ulti. **ipſos.** na⁹ monachi de parte
ſua. t agricole de ſua ſoluere decimas debent t ubicūq⁹ inter
ueniant decime corporales uendicari poſſunt. j. de deci. pa⁄
ſto. ſed ſi abbas conſueuit percipere decimas corporales. t a
liquis non decimas corporales. ſed ius percipiendi petat cū
hoc ſit tantu⁹ apō abbatē abbas tm̄ p̄ueniatur de hoc no. s̄.
de ma. t obe. inter.

Onſtitutus in preſentia. in fi. C. de le. ñ dubiu⁹.
ff. de pac̄. iuris. §. ſed t ſi quis. **audiatis.** quomō
cum hi ſunt ſimoniaci. poſtmodum audiunt̄ ſuper
iur̄. quod hñt in eccleſia cu⁹ pp ſimo. t ſi al' ius haberēt repel
lendi eſſent. j. de ſimo. inſinuatum. Rñ. q̄ nō dicitur hic q̄
tranſactiones tales contineant ſimo. ſed ſpeciem ſimo. s̄. pro
xi. cum pudem. ſed dices quare ergo prohibentur. Rñ. non
ſolum a malo ſed a ſpecie mali ceſſandum. xi. q. i. alium. j. de
vita t ho. deri. cum ab omni. item no. q̄ non ſolū tranſ. ſz ēt
iuramentum ſuper hoc preſtitū reuocatur.

E cetero noueris ordinarium. ordinarius enī
ſi p̄ceſſiſſet. eccleſiam cenſualem p̄ſtituiſſet. ut no. s̄.
c. ij. **aduerſario.** no. q̄ ſi clericus beneficiu⁹ uacās
petit dicens ſe ius habere ex electione. t ideo petit ſuam ele⁄
ctionem uel prouiſione⁹ confirmari iudex co⁹ quo hoc pe
tit debet uocare illos ad quos pertinet electio uel preſentatio
ut de iure contendant ſi uolunt. ep̄s aūt qui inſtituit non eſt
uocandus. q̄ non contendit q̄ ex ſuo facto agēti clerico poſ
ſet ius queri. nec obeſt ſi dicis q̄ neceſſaria eſt cōfirmatio epi
ſcopi. uel etia⁹ inſtitutio. q̄ hoc non eſt pp ius q̄ habeat in e
lectione. ſed quia iuriſditionē habet ep̄s ex qua dependet cō
firmatio t inſtitutio. t iudex non d⁹ uocari ut defendat ea q̄̄
rōne iuriſdic. facit. ij. q. vi. hoc etiam confitemur tm̄ q̄ tā epi⁄
ſcopus q̄⁹ etiam clerici eiuſdem eccl'ie poſſunt ſe opponere ei
propter uicium perſone. j. de accu. accedens. item epiſcopus
ſaluum eſt ius. ut in inſtitutione uel p̄firmatione uel ordinā⁄
tione uel etiam ex officio ſuo ratione ſue iuriſdic. inquirat cō
tra eum. ſi uero petat prebēdā quā alius tenet. tunc ille deb⁹
uocari ad rñdendu⁹ qui detinet. q̄ p̄feſſoria ē quā intentat
que eſt in rem t non datur niſi p̄ poſſidentē uel d̄tinentē. ff.
ſi uſufru. pe. l. iiij. t. l. ul. quia locum habet officium iudi. ſed
t in primo caſu. ſ. quando uacans benefcium petit t conſtat
q̄ electus eſt nō credimus electores uocandos ul' preſentato
res. q̄ ante p̄firmationem hoc facere debuit iudex. qui electō
nem examinauit. ſed poſt p̄firmationem nō debuit impediri
effectus confirmationis per aliquē quin habeat poſſeſſione⁹
j. de ap. conſtitutus hoc non placet qñ nullis vocatis fit electō
t confir. ut no. s̄. de elec. cum dilec. j. d̄ cā. po. cū olim. ſed h̄
eſt verum qñ fit confirmatio vocatis qui ſunt uocandi. ſed ſi
de prebenda eſſet p̄tentio. q̄ caplm uellet unam prebendam
aſſignare t cōfirmatus petere aliā. tunc p̄ caplm q̄d̄ preben⁄
das uacantes poſſidet eſt agendum. j. de teſtis relatum. ij.
quia in hoc caſu habet locū offi. iudi. ſed et in h̄ caſu ipſi ele
ctores uel preſentatores poſſunt opponere p̄tra cōfirmatum
ne adipiſcat poſſeſſionem. ſi per obr̄eptionē eam obtinuiſſet
j. de dolo cū oli⁹. ſed t poſtq̄̄ adempti fuerit pacificam poſ.
pactioni. uel electores poſſunt contra eos implorare. of. iudi.
ut inde remoueant̄. q̄ ab eis electi uel preſentati non ſunt. j.
de iurepatro. cū dilec. t. c. ex inſinuatione. j. d̄ re. iudi. cū. b.
quando autem p̄firmatō petitur ſuper electores uel preſenta
tores requirendi ſunt. t ſi non requirantur p̄ō dici nulla cō
firmatio. ſicut reſtitutio in integ⁹. ff. de mino. etiam. §. fi. alij
tamē d̄ñt q̄ tenet confirmatio ſed poteſt caſſari. q̄ alijs abſen
tibus facta eſt etiā ſi al' canonica ſit. hodie p̄. q̄ omēs ſe uolūt
opponere. t ſine citatione debent p̄parere. s̄. de elec. ſtatuim⁹
t no. q̄ licet ſp qñ officiū iudic. petitur tutius ſit petere ſuam
electionē p̄firmari tamen ſi hoc nō petitur. ſed tm̄ offi. iudi.
implorantur ut ſua electio ꝓnūtietur canonica ualet talis pe⁄
titio. t tunc p̄firmatio reſeruabitur illi ad quem de iure cōi
pertinet. s̄. de offi. dele. ſuper eo. s̄. de elec. cū in ueteri. immo
q̄ plus eſt peti p̄ō q̄d̄ publicetur electio. s̄. de elec. publicato
t breuiter ſic procedet̄ hic. ſicut proceditur qñ quis petit ſe ꝓ
nuntiari legitimū de quo no. j. qui ſi. ſint le. cām que inter t
p̄ō hoc modo agere. qñ non eius electio p̄firmata. nam tūc
non p̄ō agere p̄feſ. uel negatoria p̄ d̄dictores ſuos uel turba
tores ſiue de iure ſiue de facto cū adhuc nō habet ius in re
s̄. de elect. qualiter. C. de pactis traditionibus C. de rei. ven.
ſuum emptor. ſed cōtra. j. de excep. dilecti. ſo. ibi. ſin aūt eſſet
electio p̄firmata. tunc habet locū negatoria t p̄feſſoria. quia
iam plenum ius habet. s̄. de elec. tranſmiſſam t ſic etiam eſt i
ſeruitutibus legatis ubi ſtatim habet. ff. quēad. ſer. am. ſi ptē.
§. ſi per fundum. **compoſuerit.** fm formā que eſt. j. de p̄bē.
niſi eſſent. al' clerico non licet paciſci ſuper beneficio. vel loqui
tur qñ petebat clericus ius in eccl'ia non nomine ſuo. ſed no⁄
mine alterius eccleſie. poſſet tamen dici q̄ etiam ſuper bene⁄
neficio q̄ ſibi petit clericus p̄ō inde p̄uenire compoſitio taliſ
ſ. ſi petebas certū bñficiū bona fide t tu illū retines t det tibi
aliud ar. s̄. e. ti. c. ſtatuimus. j. de re. pmu. ad queſtiones. uel
quod aliquē redditū recipias t erit ille redditus ius ſpiritua
le. ſed nō placet quia in acquiſitione beneficij d⁹ ceſſari omis
pact̄. j. de re. permu. queſitū. melius autē dicitur q̄ loquitur
ſimpliciter qñ petebat in aliqua eccleſia canonicari. q̄ tunc
p̄ō interuenire cōpoſitio p̄ſentiēbus illis ad quos pertinet e
lectio. ut no. s̄. in. e. c. **ius aliquod.** puta q̄ clericum recepit
in canonicum. vel q̄ tota eccl'ia ad actorem trāſlata eſt. uel ps
eius t eſt hoc uerum. ſi vtilitas eccl'ie agatur ex ipſa tranſactō
ne. al'. n. non tenet ſine p̄ſenſu capli ep̄i. j. e. ueniens. alij tamē
d̄ñt q̄ ſicut in iudicio p̄ō facere preiudiciū eccl'ie ſue. ita t p
tranſact. que fit in iudicio timore deterioris ſnie nō obſtat d̄
cre. j. e. ueniens. quia illa compoſitio fuit facta ex̄ iudicium
uel dic q̄ tunc tm̄ p̄ñt ſuper hoc componere quando ex ſuo

consensu possunt ius tribuere. s. q̃ ad eos pertinet electio. cõ traria. s̃. ti. proxi. cũ clerici. s̃. d̃ offi. dele. si q̃n. j̃. de coll'. audi uimus. sed census. z h̃ est ratio quia si ꝓstituatur census ec clesie ppetuo soluẽdus. hoc non possunt sine auctoritate epi item si clerico soluendus census est. nec hoc licet ex pacto q̃ dz cessare omnis pactõ. s̃. ti. proxi. c. ult. nec obstat. j̃. de preben. nisi essent. ubi prioratus datur toto tempore uite unius psone. sed illud de gr̃a est tollerandũ. z quia licitũ est cuiz ec clesie sine auctoritate superioris clericis paupibus z benignis in vita ipsoz̃ clericoz̃ puidere. xvi. q. i. possessiões clerici. pre est. qui petebat beneficium obtinuit per cõpositionẽ. solu tus. hoc vult dze q̃ si iste clericus qui beneficium uel ecclesiã petebat ex causa ꝓpositionis ꝓmisit dare aliquem censũ ei cũ quo litigabat non teneretur successor. z si opponas q̃ esset si mo. r̃n. põt aliquando esse sine simonia. j̃. de preben. c. nisi. item non approbat̃ hic iste contractus si census negat̃ soluen dus ei qui contendebat cum hoc clerico qui per cõpositõem obtinuit beneficiũ. cius clerici. qui obtinuit per cõpositioez sed alij debent soluere censum.

Ꝫ litteris uestris auctoritate. i. ad procurationẽ patrocinabatur. ff. de inoffi. test. l. vlti. ℈. C. de re. uẽ. tua. ff. de rei uen. inter officium. C. de pres. x. ul'. xx. an. nec petenti. inscriptus. instr̃o transac. nam in iudicio non posset esse testis qui fuit aduocatus. ii. q. vij. statuendz ratione quare. C. de here. qm̃. ego non facio uim utrũ iste ad uocatus fuerit testis in instr̃o an in cã. naz firmiter dicit q̃ si aliquis fuit testis in aliquo cõtractu z scriptus in instr̃o alicu ius ꝯctus z postea agit ex eo contractu uel aliquo mõ ubi ne cessarium sit ipsum instrumentũ. z ille qui est scriptus testis i instrumento sit aduocatus in cã ista. nihilominus p illud in str̃m ꝓbatur ꝯctus. dũmodo instr̃m falsum non ꝓbetur. sin aũt instr̃m suspectũ eẽt ad dãdũ fidẽ instr̃o ñ sufficit vel nõ ua lebit dcm̃ eius nisi cũ qõnib'. itẽ dicim' q̃ iste inscriptus testis in cã vl'ẽt ñ iscript' testis in cã in q̃ est aduocatus nunq̃z po terit esse testis. j̃. de testi. romana. nec ista decre. romana q̃ hic aduocatus fuerit productus in testem. sed narrat factũ quali ter testis in instr̃o transactionis inscriptus erat. z nota q̃ sola subscriptio nõ auferret ei ius suũ si qd̃ habebat in re ubi ad uocabat. ff. de pig. act̃. Caius. ℈. ff. de pig. fideiussor. sed in h̃ preiudicabat̃. q̃ non potest eam cãm ubi aduocabat dze in iustam uel se nescire. z ideo non ualent litere super ipsa eccle sia impetrate ab ipso qui sciuit z auctoritatẽ prestauit. notan dum. quasi non idem. si post. s̃. de rescrip. cũ adeo. ar. i. q. i. principatus. ff. ad mac̃. si tñ. ff. de or. iu. l. i. ff. de regul. iur. q̃ ab initio. tonsoratus. no. non ualere litteras super beneficio a non clerico impetratas. diximus. iste. B. impetrauit litte ras super quadam ecclesia tanq̃z vacante obiectũ fuit q̃ aliuz possidebat illam ecclesiã. dictus. B. R̃n. tenentem eccliam p simo. z nullo iusto titulo eam habere. z ideo pro non hñte re putandus erat. possessor aũt triplicauit ipsum. B. transactiõi per quã dicebat cõmissã simo. auctoritatẽ prestitisse. q̃z z ipse cõfitebatur. vnde dñs papa non audit cum super ipsa eccl'a. q̃z si alius hẽt eam iuste in locum uiuentis non intrabit. j̃. de con. pre. z ec. nõ ua. qui in uiuorum. si simoniace hoc nõ po test cõtendere etiã cum sua auctoritate sit fcm̃. sic enim allegat turpitudinem suam. vnde non auditur. s̃. de donat̃. inter di lec. z no. s̃. de elec. nosti. si enim alius impetrasset non faciens mentionem de transact̃. litẽ ualerent. q̃z non erat talis ueritas tacita qua expressa litteras nõ habuisset imo. melius habet si possidentem vellet expellere quã si sup uacante ecclesia uellet impetrare. s̃. de rescrip. ex parte cõuen. z. c. inter ceteras olim item ex sñia apparet q̃ nõ excipiebat̃ hic contra litteras. sed super eccl'a tm̃ agebatur. uel aliter dr̃ hoc esse verum q̃n nul lus possidebat benef cium q̃ petebat. B. si enim possidẽt nõ valẽt littere. q̃z super beneficio non vacante impetrate. j̃. de cõ cess. pre. non ua. litteras. ubi no. uel forte iste. B. ipetrauit lit teras q̃ si ꝓbaret possessorem beneficij simoniacũ q̃ sibi suũ bñficium daretur. cum aũt postea diceret cũ simoniacũ pp̃ dictam transact̃. sua auctoritate factã repulsus est z sibi impo situ est silentium super ecclesiam nõ super litteris tantum.

Uper eo q̃ quesiuisti non potest. si agebat qs petendo bñficium uel etiam si de ꝓprietate ageret. ñ licet aliqd̃ spũale pro tpali dare. retento. C. de transacti. transactione. amicabiliter. puta q̃z vnus liberali ter beneficium resignet tanquã iuris carens z alius hẽat tan quã ius habens. uel si agitur de ꝓprietate bñficij licet spũale ꝓ spirituali dare z repete q̃ dixim'. s̃. e. statuim' z. c. ꝓstitut'.

Reterea et quando inter. pcipiãt. laicis. s. tacẽ tibus ꝓsentiẽtibus q̃ maiorem portionẽ recipiant sicut dico cõferentibus. nã dãdi res ecclesie nullaz habet potestatem. x. q. i. c. i. z. c. se. simoniaca. q̃z ipse reddit' pure temporalis est exquo nouus est z tm̃ ius ꝓstituit̃ ut ius patronatus habeat. si autem laici haberent censum de eccle sia ab antiquo. xviii. q. vlti. eleutherius. z pro eo recipere ius patro. possent forte. s̃. e. statuimus ubi not. bene facit ad hãc decre. j̃. c. proxi. non tenet. nec quo ad transferendũ iuspa. in laicos nec quo ad censũ dandum monachis.

Reterea quarta loco tenebatur. supple z ut exi mẽt censum bene reddere promisit. transactione. no. q̃ licet census recognitio sit debite subiectionis in aliquo. j̃. de censi. omnis aia. xviii. q. ii. eleuth. q̃nq̃z tamẽ datur in signũ exemptionis ut hic fiebat. sed male. q̃z sicut. s̃. proxi. c. diximus non licet nouũ redditũ dare ut se eximeret sed bene licebat se eximẽ z in signũ q̃ aliquãdo fuit sua z q̃ exemptionis beneficium recepit ab eo aliq̃n in censum impo nere. ar. xxiij. q. vlt. eleutherius. j̃. de reli. do. cõstitutus. z. c. cũ venerabilis. j̃. de censi. cuz vene. ueterem aũt censum cum sit ius spũale bene posset h̃ cella remitteret matrici ecclesie ut se eximeret. cuius non sit uerisimile q̃ cella de matrici ecclesia cẽ sum recipiat. eatenus. i. eo pacto. sñia. s. q̃ sint subiecti ma trici ecclesie. iniquitatem. dic ut no. s̃. c. proxi. nã non ualet transactio facta de re spirituali aliquo temporali dato.

Ꝫ parte tua z infra componẽdum. iter latinos in roma habitantes uel inter grecos z latinos. de trahe. in pnijs z penis imponendis. uel dispen sando cum eis. coniugis. s. q̃ quis possit vxorem legitimaz dimittere uel superinducere alienã alis super affinitate z ꝓsan guinitate licet dispensare. xxxv. q. iii. quedam que prescripsi. j̃. de cõ. tue. z etiam legato. j̃. de con. z affi. q̃ dilectio. hodie tñ põt dici q̃ nec legato licet dispẽsare super ꝓsanguinitate. j̃. de ꝓsã. non obet. assueritate. i. nõ licet super illo dispensar̃ expressum. s. q̃ non possit ꝓponi uel dispensare. ꝓcedas. dispensando uel ꝓponendo uel p eas mitigando. bũaniorẽ ff. de penis respiciendũ. s̃. de tẽp. or. uel non est.

De postulando. Rubrica.

Lerici in subdiaco

natum sustententur. si autem non sint bñficiati z inferioribus ordinibus ꝓstitu ti possunt coram seculari iudice litigare. z in sacris autem ordinibus constituti z be neficiati non prohibentur coram eccl'iastico iudi. litigare. z ni hil tamen querentur ꝓ salario. sed oblatum sponte recipient monachi z priores nunq̃z aduocant. j̃. ne clerici. nõ magno. xvi. q. i. alia. z. c. sequen. nisi ꝓ mo. z abbate imperante. ut. j̃. e. c. proxi. sacerdotes autem nisi pro se z ecclesia sua coniun ctis z miserabilibus ꝓsonis aduocabit. j̃. e. c. ult. etiam coraz eccl'iastico iudi. ut ibi dicit. aduocati. aduocatus multa re media habet ad agendum ut no. in sũma. C. de suffra. z di. q̃ si aduocatus uel medicus ab initio ꝓuenerunt cuz aliquo

de salario totius litis uel totius morbi q extunc si faciũt ali quã ꝓuentionẽ ñ ualet sed si ab initio nõ fecerint aliquã conuentionem de tota lite uel infirmitate licet a dientulo uel infirmo receperit aliquid pro consilio unius diei. nihilominus pendente lite uel infirmitate potest pacisci cũ eo. C. de postu. quisquis. §. preterea. ff. de ua. ꝛ ex. c. l. i. §. si cui. aliter dicere absurdũ ẽ ꝛ non est contra. C. de profes. me. li. x. l. antepenl. quia ibi loquitur de medicis qui recipiunt salarium de publico qui a nullo infirmo possunt exigere salarium siue i prici. infirmitatis siue postea. sed a sanis pñt recipere salariuz. siue in prin. infirmitatis siue i fi. et hoc est ea ratioẽ q2 pro sanis non recipiunt salarium de publico tñ quandocunq3 pl⁹ debito exigunt reducentur ad formam iuris. ff. de uaꝛ. ꝛ extra. or. co. l. i. in prin. ꝛ. §. si cui. negotijs. nõ ꝓ ecclesiasticis negotiis bene licet coram seculari iudi. aduocare ꝓ miserabilibus. idẽ credimus de aliis qui continentur. ff. ỏ postul. l. i. q. ul. ꝛ v. et l. se.

Ex parte tua fuit propositum susceptores. i. aduocati executores. i. procuratores

Um sacerdotis miserabilibus. idem dicimus de aliis qui cõtinentur. ff. de postu. l. i. v. ꝛ l. se. postulare. etiam coram ecclesiastico iudice alij autem non ꝓhibentur. ꝓ extraneis. secus si ꝓ alia ecclesia ut simile beneficium habeat. presumpserit. iii. q. i. nulli. xxvi. di. imperator. i. q. vii. nisi. C. loco milites. presumit. nisi necessario officio fungatur ut tutor ꝛ. ff. de postul. peto et. l. ul. uel prelatus ecclesie qui multo fortius quoniam tutor bene potest agere contra ecclesiam a qua beneficium habet. Item et pro priori ecclesia potest agere contra secundam ar. ĵ. de man. tua ꝛ c. intellecto. si clericus. ar. q si alias hẽat beneficium de ecclesia licet sit clericus cius uel etiam si sit laicus q dz priuari beneficio si contra ecclesiaz aduocet

De procuratoribus Rubrica.

Lia quidem ꝛ ĵ. non miseris. i. ꝓcuratores non constituerit qui tamẽ se ꝓcuratores fingebant. sed ꝛ. c. hic forte nuntius erat pape. ꝛ presbiterorum. repete que dixim⁹. s. ỏ rescrip. edoceri hi non prãnt auctoritatem procurationi. sed tanquaz testes fidem faciunt in instrumento uel dic q magnuz negotium erat unde illud cum concilio sui capituli facere debuit. ĵ. de his que fi. a p̃. quanto. s. de ma. ꝛ o. humilis gestisq3. gesta quoq3 dicuntur aliqua facta q̃ nullo modo scripta sũt sed sicut gesta sunt. sẽ in mentes hominum ꝛ hec gesta aliqñ publicant infra de testis significauit ꝛ. c. albricus. ĵ. ut lite nõ conte. qm̃. §. sunt ꝛ alij ꝓtra. C. de rei uen. l. gesta. C. de testa. publicati. item dicuntur gesta quedam facta in scriptis redacta uel potius ipse scripture in quibus gesta referunt. ꝛ iste scripture apud sedẽ apostolicã dicunt registra. ꝛ ista gesta si sunt bene custodita ꝛ inuenientur in archiuis autẽticarum ꝓsonarum puta eorum que habent potestatez autẽticas scripturas faciendi fidem faciunt ut hic. ĵ. de prescrip. ad audientiam cum suis concor. quas ibi no. si autem nõ cẽnt bene custodita uel psone nõ eẽnt autentice non crederem eis ar. p̃di cte decre. transmitte. i. autoritate habente superioris ut sic ea habita iter gesta publica computetur.

Uerelam. a clerici grauibus. contrariũ dicere videtur ff. de mino. paꝑ. ubi dicitur q si quis sit in loco. s. in exilio q nõ possit agere. tñ si facultatẽ habuit agendi ꝓ procuratorẽ currũt ei tpa petendi restitutionez in integ. sed hoc nõ est cõtrariũ q2 intelligitur in minoribus causis ubi qs cogitur ꝓ procuratorẽ litigare. secus in grauibus ut hic. uel illud ẽ q2 ꝓpter delictũ fuit missus i exilium. ꝛ delictuz non dz ei prestare imunitatez. grauibus. de hoc nota s̃. de rescrip. sedes aliq dicũt grauez causas. i. ũricatas procuratorem. dicunt quidam hoc obtinere qñ simpliciter ẽ citat⁹ q ꝓ se rñdeat secus si citatus eẽt ut hic ꝓ se uel ꝓ ꝓcura. ĵ. de dolo ꝛ con. cũ dilec. sz certe hec littera videtur cõtrarium sonare q̃ dicit q nõ põt cogi cõstituere procuratorẽ ergo nec citari ut ꝓcuratorẽ rñdeat i grauib⁹ ꝛ idcirco põt rñderi ỏcr. cũ dilec. q ẽ ibi spãle pp periculũ uacatiõs ecclesiarũ ĵ. ut lite nõ cõt. qm̃ ad idem. ĵ. de app. constitutus. s̃. ỏ elec. bo. me. uel ibi nõ habebat iustã cãz absentie. idẽ dicẽdũ si diuturno morbo laboraret. bñ fatemur tñ q si simpliciter citatus sit ꝛ nõ põt ꝓ se cõparere q ꝓ ꝓcuratorẽ ꝓpere debz dũmõ nõ sit grauis cã. destinauerit. nuntij missio ꝛ excusatio ad hoc facit q2 nisi nũtius iret ꝛ offerat se ꝓbaturꝫ legittimã cãz absẽtie ꝛ ad hoc hẽt sufficiẽs mãdatũ posset excõicari ꝛ in expẽs ꝓdẽnari cũ iuste possz presumi cõtumax. iij. q. v. c. i v. q. iij. Si egrotãs. sed nõ ẽ de necessitate h̃ missio ad excusandũ quãtũ ad hoc ut ꝓcedat in p̃ncipali cã. sz si vocatus ad cõciliũ uel ad elec. ul' ca. dz mittere excõicatorẽ ꝛ nisi mittat tenet excõicatio ꝓtra eũ lata ꝛ q presẽtes faciũt hẽbit robur ar. obti. xvij. di. placuit. lxv. di. c. vl. ar. s̃. de electi. bone me. ma. etiã si iustam cãz absentie habet. h̃ autẽ videt q si ꝓ bauerit iustas cãs absẽtie nihilominus in ciuili cã fit missio i pos. cum etiam fiat cõtra absentẽ rei pu. C. de resti. mi. ignorarem ꝛ ꝓtra pupillũ. ff. ex quibus. c. inpos. e. h̃ iura. in prin. Sz tñ non festinabit admittẽdũ inpos. ff. de dam. infec. si fi. §. si foꝛ nec fiat vẽditio. de h̃ no. ĵ. de eo qui mit. in pos. siqd destinauerit. idem ẽ si nulluz misisset q2 postea repatefacta reuocabitur ꝓdẽnatio in principali ꝛ ỏ expẽs ꝓ i int. re. vl' ꝓ nunciabitur nulla siñ etiam diffinitiua secundum diuersas opiniões. vij. q. i. presẽtiũ. ĵ. de re. iud. cuz bertoldus ff. de re iudi. quesitum ꝛ si ꝓmisisz sub pena sistere iudi. daretur exceptio. ff. si quis caut. l. ij. ff. de arbi. l. si cum die. §. ex li. alij dicũt cõtra in aligb⁹ ut no. in. vi. q̃ incipit nũtij. absoluere reuocando primam sententiam leuiter ꝛ sine cognitione. q. interlocutoriaz si in integ. re. sed solũmodo implorãdo officium iudicis deseruiẽs actori ut eum reuocet. ff. de re iudi. q iussit uel petẽdo restitutionem de plano. ff. de iudi. si pretoꝛ i fi. C. de ꝓcura. q2 absente. sed videtur q deberet sibi imputari nisi appellauerit exquo sciuit se cõdemnatũ in expens̃. C. quõ ꝛ qñ in. l. iij. sed non obstat q hic loquitur qñ ex ꝓbabili ꝛ necessaria cã abfuit. ꝛ ideo sine appellatione restituitur ad totam causam min⁹ legittime defensus ꝛ illa. l. loquit qñ nullomõ defensus aberat ꝓbabili cã ꝛ fuit legittime citatus ad domum. nã tũc si. ĵ. x. dies computãde a tempore quo sciuit sententiam contra se latã non econtra dixit petendo restituti ad ap. stabit sentẽtie. C. quõ ꝛ qñ iudex l. iij. sz melꝰ ỏ q quilibet sine bñficio restitutionis nullomõ ul' minus legittẽ defensus coi iure appellat. ĵ. x. dies a tpe snie. ꝛ sic itelligit. l C. quõ ꝛ qñ in. l. iij. ꝛ. ff. qñ ap. l. i. §. ul. ff. ex qui. cau. i itegꝫ resti. nec nõ. vbi forte nullũ relinquere potuit procuratorem. uel reliquit ꝛ mortuus ẽ tunc enim restituitur in totum non tñ ad ap. siue ꝓnũciatum sit contra eum. siue iuri siue actiõi ei⁹ sit prescriptũ ꝛ hoc inuit. l. nec non. sin aũt legittime defẽsus eẽt ad nihilum restitueretur idez dicimus si necessaria cã tñ absit puta rõe delicti in carcerem uel in exilium missus q nõ restituitur si cõdemnetur uel eius iuribus uel actionibus p̃scribat nisi cũ nõ poterat relinq̃re procuratorem uel reliqt sz mortuus ẽ. ff. ex quibus. cau. ma. l. sed ꝛ si. §. i. ff. de mino. paꝑ. qui autẽ volũtarie siue cõtumaciter abest nullomõ restituitur cõtra iura uel act. p̃scriptas sz si uenerit iudex adhuc sedente ꝓ tribunali restituet de eqtate forte ad ap. uel cõmuni iure appellat. ff. ỏ i inte. re. l. penl. ubi aũt ꝓbabilis necessaria cã detinetur ut hic legittime defensus restituitur ad app. minus aũt legittime uel nullomõ ad totaz cãz ut hic ꝛ. ff. de i int. re. l. ul. ff. de iudi. si p̃tor. ff. ex quibus. c. in inte. rest.

ab hostibus. ℜñ.i.C.e.l.i.C.de ꝓcura.qui absẽte.qualiter aũt ꝯ iura vel ac. huius ꝓscribaꝫ. als no. ꝛ hic.ꝛ.ꝯ. de re iudi.cũ bertoldus.ꝛ no.ꝙ ꝫ restituꝫ.non solum habet locũ ꝓtra sententiã diffinitiuam.sed etiaꝫ ꝯ interlocutoriã de expen.ut hic.iiii.q.v.c.i.uel dic interlocutorijs non habere locũ hanc distinc.ut no.ꝯ.ꝺ snĩa ex.sacro.c.fi.sed vbi idẽ qui tulit interlocutoriã vult reuocare.sed secus si coꝝ alio petaꝫ reuocatio ꝛ ꝫ sunt ṽa ubi legitime est citaꝫ.si eniꝫ legitima citatio ñ precessisset ipso iure nulla esset snĩa. ff.que snĩe sine ap. re.l.ij.§. itẽ eni.uel dic ꝙ interlocutoria de expen.ꝛ huius tenet etiã si ordo non seruetur.s̃.de offi.iudi.c.fi.predictis aũt nõ obstat ij.q.vi.si aduersus.quia ibi dicit ꝙ ubi quis per ꝓcuratoꝛeꝫ agit difficile auditur appellans.ꝛ uere difficile auditꝫ quia nõ auditꝫ nisi in predictis casibus quos in hac glo. no.ubi autẽ dolo alicuius factum est quominus quis ꝓparet ꝛ feratur sẽtentia ꝯ ipsum in cã que non recipit interesse restituiꝫ ad id ꝙ occasione huius absentie sibi contingit.ꝯ.de in inter. resti.ex litteris.si aũt ad interesse posset agere cõtra dolosũ tm̃ daret ei actio ex edicto qꝺ est.ff.de eo per quẽ fa.l.vlt.

℣ insinuatione archiꝺ. ꝛ presẽtibus. ꝛ aduersario etiam notificauerit.alꝫ tenet ꝙ cũ ipso fieret. ff. de procur.si procuratoꝛem.ff.de instiꝫ. sed ꝛ si.§.i. ꝛ ij.ꝛ melius.ꝯ.e.mandato.uel antequã procuratoꝛ institutus agere incipiat.sufficit sola reuocatio. etiã si illud non significat iudi.uel aduersario.ꝛ no.ꝯ.e.c.proxi.sententia.que etiaꝫ fuit executioni mandata sicut ex sequentibus apparet.ulꝫ dic ꝙ etiam ꝛ in prima cã ꝛ modo archidi.petebat restitutionem ecclesie.nec fuit per sententiã spoliatus. ipsius ar. vni testi credendũ.ꝯ.de testi.in omni.viij.q.iij.talia. xxviij. di.de sira.ꝯ. iiij.q.iii.iuris.item ar.ꝙ quis testi.testificaꝫ in propria cã.ꝯ.ꝺ testi.c.peruenit ꝯ.ꝯ.de testi.ueniens.iiii.q.iii.§. nullus.sol. ꝫ spãle ꝓp presumptionem que est pro eo.ꝛ etiam quia est reus. vnde fauorabilioꝛ ideo ꝙ delatum est sibi iuramentũ. C.de re.cre.in bone.ff.de iureiurã. admonendi.ꝯ.de probaꝫ. sicut consuetudo.ꝛ qꝛ modicum preiudicaꝫ aduersario cũ sit salua ei actio sua ꝛ uterꝙ ius suum sit saluum snĩa cassata.restitutioni.forte hic petet restitutionem eccℓie qua spoliatus per iudi.erat ꝛ si obiciatur ei ꝙ auctoꝛe pretoꝛe spoliatus sit. ar.C. vnde vi.si quis in tantã.replicabit sententiã nõ tenere.qꝛ procuratoꝛ nõ erat.uel dic ꝙ patet ꝛ dicet snĩam non tenere ex eã cã.ſ.quia non cũ procuratore actũ est. ꝛ ideo ꝓnuntiari nullam.qꝛ cũ non procuratoꝛe actum est. ꝯ.c.proxi.qꝛ snĩa prounciata nulla irrita erit possessio.ꝛ quicqd ex ea secutũ est. C. de legi.non dubiũ. ꝯ.e.auditis.simlẽ petitionẽ babes. s̃.de ma.ꝛ obe.c.vl.ff.de feriꝭ.l.i.ꝛ competit ad hoc officiũ iudi. uel põt dicere ꝙ nõ dicit hic petendã restitutionẽ post snĩam sed sententia lata sup cassatione processus restituet possessio eccℓie quã petit si ei nihil ꝺ iure obstat.ꝫ ñ placet.snĩa enĩ nõ preiudicat absentibus.ff.de mino.etiã. §.fi.ꝛ tm̃ sentẽtia ꝓtra eum lata forte sibi preiudicat qũo ad omnes ut not. ꝯ.de so. compe.postulasti.ꝯ.de accusaꝫ.qualiꝫ. sed hoc ideo est.quia ipse fuit presens ꝛ habuit copiã se defendendi.ut no. ꝯ.de accusaꝫ.super his.institutione. ꝯ.vi.q.vlt.actoꝛ. ff.de proba. l.ij.so.hic uoluit sponte bonus ꝓbatõis assumere.si.ꝯ.de resti.spo.c.i.ff.de probaꝫ.circa.uel fuit imposita ei ꝓbatio ideo quia cõtra eum erat presumptio.ut.C.de probaꝫ.siue.nã cuꝫ esset archi.non poterat habere aliã eccℓiam nisi ꝓbaret secuꝫ dispensatũ uel agebatur petitorio ꝯ archidi. vnde oportet eũ probare ꝺ iure suo. sed certe hoc non credimus imo exquo est in pos.non remouebiꝫ nisi contra eũ probatũ fuerit crimẽ uel ꝙ non sit canonice institutus.ꝯ.de cõ.prebẽ.qꝛ di.lvi.di. satis.xvi.q.vlt. inuentum. nec enĩ titulũ sue pos. cogitur ꝺre ff.de peti.here.cogi.hic aũt cogiꝫ idcirco probare qꝛ petebat suam institutionem ratã decerni ut expresse in littera ꝺr̃.sed ꝛ si quis probaret ad se ptinere dationẽ alicuius beneficij ꝛ se esse in possessione.ꝛ alius illud beneficiũ possideret bene de beret possidens ꝓbare se canonice institutũ per euꝫ ad quez pertinet.ar.ii.q.i.legum.ꝯ.ut.ec.bene. ut nr̃m. ubi tacite iussus fuisset consensisse in eũ.ꝯ.de his que fi. a ma.par.c.ex o re.sed ꝛ si consensit tacite uel expresse.potest tñ ille ad quem pertinet.dicere.si vult probare institutionẽ contra ius factaꝫ ꝯ.de prebẽ.dilecto. ratam. si uero nõ poterit probare institutionem canonicã iudex pronũtiabit eã non canonicaꝫ ꝛ eaꝫ non debere pmanere ratã.ꝛ si quis petebat suã electioneꝫ cõfirmari iudex poterit ꝓnuntiare electionẽ cõfirmandã de iur̃ item si ponamus qꝺ tm̃ pronuntiet.non confirmo.tñ postea cõfirmationem petere non poterit obstante sibi except̃. rei iudi.cũ de eadẽ inter easdẽ psonas iudicatũ sit.ff.de excep.rei iudi.cõqueriꝫ.ꝛ.l.sequẽ.ꝛ est hoc uerum ubi sit generaliter petitũ.sic.C.de ar.ex.l.vl.seꝺ si unam cãm expreſisset.ſ.qꝛ electꝰ fuisset per eas quoꝝ erat electio.si fuisset sibi in hoc impositũ silentium.nihilominus posset ex alia cã petere. ſ.qꝛ ex pape collatione haberet.cũ enim officiũ iudic.sit personalis actio q̃ in predictis locũ habet.succũbens in vna causa nihilominus ex alia poterit agere ut no.s̃.de offi.oꝛ.cõquerente. idem dicimus si petaꝫ sententia infirmari ulꝫ electio. ſz vno agente aliꝰ admittendus ẽ.sic no.s̃.de elec.cũ dilec.

℣ nostra presentia presbyteroꝭ.no.ꝙ hic dat duos procuratoꝛes qũo ergo ageret. ꝙ si unus cõfiteatur alter neget. ℜñ. si eodẽ tempoꝛe quis constituit duos procuratoꝛes ꝛ insolidũ occupantis melior ẽ cõdictio ĩ eo ꝙ ꝓcep.ff.de ꝓcura.pluribꝰ.unde si sup pluribus causis dati essent in vno instr̃o ꝛ vnus occuparet unũ negotium nihilominus alius posset aliud negotiũ occupare.arg. op.s̃.de rescrip.pasto.si vo non fuerũt dati insolidũ.sed simpliciter diuident inter se ut unus unũ negotiũ ꝓsequaꝫ ꝛ aliꝰ aliud.ff.de neg.ges.cũ alicui ꝛ est ad hoc ar.qꝛ cum simile sit mandatũ iur̃.ꝛ ꝓcur.ff.de.iur̃.o.iu.ꝛ qꝛ.sicut iudex alij delegat vices suas ita ꝛ procu.delegare põt hoc arg.reprobaꝫ.ff. man.si procuratoꝛ.§.si quis.hec aũt facere posse non uidetur ꝙ vnus unam ptẽ negotij ꝓsequatur.ꝛ alius aliã ptem eiusdem negotij cũ facta lit.con.factus sit dñs litis.uidetur tamẽ ꝙ siue insolidum siue simpliciter plures constituant̃ ꝙ iudex debet eligere ꝛ poscit idoneorem.ff.de popul.ac.si plures.ſz hoc ibi ideo uez est.qꝛ ibi plus tangit vniuersitas quã spãlis psona.vnde magistratus cõis elegit idoneoꝛem.nã si spiritualis persona propriũ interesse prosequereꝫ ꝓferenꝫ alijs. ff.de popul.ac.l.iij.vbi aũt spãlis psona tangit ipsius spãl̃ persõe est electio uel ipsoꝝ procuratoꝝ est electio quis ex eis agat. uideꝫ tm̃ ꝙ dñs qui duos constituit ꝓcuratoꝛes eligẽdo eos simlꝫ agere uoluerit.ꝛ ideo nõ sit neqꝫ iudicis nec ꝓcuratoꝛis electio.qꝛ etiam si uellent non possent sociũ uel alium facere ꝓcuratoꝛẽ.C.de ꝓcur. neqꝫ.sed simul agere debent. sed lite cõte.unus aliũ si uoluerit ꝓstituet ꝓcuratoꝛẽ.qꝛ ex tũc possũt facere alteꝝ ꝓcuratoꝛẽ.ut in preallꝫ.l.neqꝫ.sed ex̃neũ non potest vnus solus facere ꝓcuratoꝛẽ cum etiam post litez conte. pariter sint dñi litis.sed qd si unus moriaꝫ ante diuisionem non credimus ꝙ superstes posset agere.ar.ff.de re iudi.duo ex.ꝛ.s̃.de offi.dele.cãm.in tutoribus de benignitate secus receptũ est.ff.de ad.tu.l.cũ decreto.§.vlt.ꝛ.l.tutoꝛes. §.curatoꝛes.ꝛ.l.lucius.§.i.nec obstat.ff.man. creditoꝛ.§.duobus.qꝛ id loquitur qñ dati erant insolidũ. sic intelligit ꝙ dicit unuꝫ ꝓcuratoꝛẽ posse aliũ conuenire.ff.e.qui ꝓprio.§.vl.ꝛ.l.ꝙ ad nos.§.vlt.alij aũt dñt ꝙ ꝛ si simpliciter dati sunt tm̃ occupantiꝫ melioꝛ est conditio etiam si non diuidant inter se administrationẽ. vel etiam si alter moriatur. ꝯ.e.non iuste. si aũt diuersis tẽporibus dati sunt posteriozem dãdo primũ reuocat ff.e.si quis.§.ult.banc distinctionẽ ꝓ magna pte ꝓfirmat.ꝯ. e.non iniuste.vbi aũt duo ꝓcuratoꝛes cõstituũtur simpliciter in aliqua cã ad defendendũ.si vnus confitetur.ꝛ alter negat dixerunt quidam ꝙ recte facta est litꝭ con.ꝛ stabitur ꝺcõ eius qui cõfessus est.ar.ꝓ his ꝙ si principalis persona ꝓfiteretur

